



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 7. Circa personas quæ huius immunitas priuilegio potiuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Secl. II. De Immun. Templor. 9

sententiam beat: vel ad Sacerdotem Eucharistiam depor-
tantem per plateas. Attamen hoc privilegium
ex iure non haberi certum existimo, sed solum
consuetudine esse introductum, & merito;
quia pietatem fouet, deuotionem ac reueren-
tiam tanto Sacramento debita excitat. Qua-
re consuetudo vt vim legis obtinens expe-
ctanda est, & iuxta illam causā decidenda.
Mecum Suar. 10. 1. de Relig. l. 3. c. 9. n. 10. &
Bonac. ad 1. Decal. prec. d. 3. q. 7. §. 2. n. 111.

D V B I V M XV.

*An extendatur Immunitatis privile-
gium ad Principis statuas?*

*71. Extendi-
tur quia-
tem.* **E**xtenditur quidem. Quia Principum sta-
tuas tanquam Ecclesiae securos reddūt de-
quentem, qui ad illas confugit, *Leg. uni.
de iis, qui ad statuas confugiunt Leg. 1. c.
de iis, qui ad Ecclesias confugiunt. leg. Ca-
pitulum §. ad statuas ff. de iuris. Sic Petr. Gre-
gor. synag. iuris l. 3. c. 21. n. 11. & 12. Hostiens.
Anchar. Ioan. Andr. ad Cap. Ecclesie, de im-
munit. & alij plures relati à Deciano, & Fari-
nacio citandis.*

*72. Non ex-
tenditur.* Non extenditur quia talis immunitas sacrā
non est cum non sit à Pontifice introducta.
Et quia non est in reuerentiam diuini cultus.
Sed in humani Principis honorem. Ita Deci-
m. crim. n. l. 6. c. 2. n. 5. Farinac. de carceribus q.
28. n. 49. & in append. de immunit. c. 17. n. 278.

Ego quidem existimo, hanc immunitatem
(tamen viget) Sacram non esse, neque inter
immunitates Ecclesiae annumerandā. Immo
videndum ubiq; hodierni mores illā recipiāt.

C A P V T. VII.

*Circa personas qua huius
Immunitatis privilegio
potiuntur.*

D V B I V M XVI.

*An interdictus ab ingressu Ecclesie
fruaturs hac immunitate?*

*73. Cerim
suppono.* **E**RTUM est, omnibus Christianis
baptizatis cuiuscumque conditionis
existant, (exceptis casibus in iure
expressis) immunitatis Templorum privile-
gium esse concessum. Si ad illa confugiant.
Cap. Inter alia, de immunit. Eccl. Cap. Frater.
Cap. Minor. Cap. Si quis contumax. 17. q. 4.
Vnde siue liber sis, siue seruus, siue nobilis,
siue ignobilis, siue iuuenis, siue senex hoc pri-
uilegio gaudes. Quaeritur verò, an inter di-
ctus ab Ecclesiae ingressu hac fruatur immu-
nitate?

74. Non fruatur. Quia non debet Ecclesia eum

protegendum recipere, quem à se per inter-
dictum excludit. Porro sic ingrediens vide-
tur aduersus Ecclesiae prohibitionem delin-
quere, cuius aditus est ei interdictus. Ergo fru-
stra eius auxilium implorat. Sic Felin. ad
Cap. A nobis, de exceptionibus num. 5. Sum.
Confel. tit. de immunit. Eccl. quest. 5. Fauet
Cap. Quia frustra, de usur.

*75. Fruitur
quidem.* Fruitur quidem. Quia interdicti censura
non habet hunc effectum priuandi personam
interdictam hac immunitate. Et quia interdi-
ctus non priuatur ad ingressu Ecclesiae mate-
riali, sed formali, scilicet, ab Ecclesiae ingres-
su in ordine ad diuina officia exaudienda,
Ita Farinac. append. de immunit. c. 2. n. 44. Suar.
10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 4. Alex. A. ubrofin.
de immunit. c. 8. n. 12. Bonac. de immunit. d. 3. q.
7. §. 3. n. 8.

*76. Hoc dicen-
dum.* Hoc dicendum existimo. Nam contra cen-
suram interdicti non delinquit, qui ob vitan-
dam grauem poenam ad Ecclesiam confugit,
etiam tempore, quo diuina officia peragun-
tur; quia necessitate compulsus illuc confugit.

D V B I V M XVII.

*An excommunicatus excludatur ab Im-
munitatis indulto?*

*77. Excludi-
tur planè.* **E**xcluditur planè. Quia non decet, Eccle-
siam eis fauere, qui ipsi rebelles ostenden-
tur. Et quia excommunicatus ab Ecclesiae
ac fidelium participatione est exclusus; ergo
exclusus est ab hoc privilegio. Sic Felin. ad
Cap. A nobis, de exceptionibus n. 5. Sum. Confel.
tit. de immunit. Eccl. q. 5.

*78. Non ex-
cluditur.* Non excluditur. Quia excommunicatio non
habet hunc effectum priuandi excommuni-
catum immunitate; & ex alia parte om-
nibus locis sacris est hac immunitas conce-
ssa absque excommunicationi exceptione. Ergo
minimè excluditur. Ita Farinac. append. de im-
munit. c. 8. n. 12. & de carcerib. q. 28. num. 39.
& 40. Suar. 10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 4. Bonac.
de immunit. d. 3. q. 7. §. 3. n. 9. Tuschus v. eccle-
sia concl. 10. n. 26. Clarus l. 5. §. fin. q. 30. num.
18. Azor. p. 1. l. 9. c. 9. post. v. Quid de pagano.
Conat. l. 2. var. c. 20. n. 11. & alij.

*79. Hanc sen-
tentiam.* Hanc sententiam vnice veram esse credi-
derim. Cui non obstat excommunicatum in-
dignum esse huiusmodi beneficio: tanto enim
vberiore pietatem Ecclesia ostendat, vere vnice ve-
ram esse Mater, si illum tueatur, & defendat. Non enim
ram esse considerat ad illius defensionem prauī filij deli-
ctum, & excommunicationem contractum,
sed loci sanctitatem.

D V B I V M XVIII.

*An hereticus in aliis criminibus ab
heresi potiatur Templi im-
munitate?*

*80. Questionis
tate status.* **E**RTUM est, hereticum, quoad hereseos
punitionem minimè Ecclesiae immuni-
tate status.

Non possunt. Quia haereticus indignus videtur hoc esse beneficium, vtpote Ecclesiae hostis. Deinde ratione haereticus à privilegio immunitatis est exclusus. Ergo est exclusus quoad omnia delicta: alias est exclusus, & non exclusus. Sic Decian. *ir. crimin. l. 6. c. 26. nu. 4.* Fauct. Alexand. Ambrosin. *de immuni. cap. 8. num. 9.*

82 Potitur equidem. Quia respectu aliorum
delictorum crimen hæresis semper accendens
habet. Ergo non potest immunitatem quam
delinquentes obtinent, ne ob alia delicta ab Ec-
clesia extrahatur, impedire. Ita Sylvest. *vers.*
Immunitas 3. *num. 2.* Suar. l. 1. de *Relig. cap.*
10. n. 13. Bonac. de *immunit. d.* 3. q. 7. §. 3.

83
Hoc probabilius esse indico.

Hoc probabilius admodum esse crediderim. Nam lex prius hæreticum immunitate, formaliter intelligenda est vt scilicet priuet eum quatenus hæreticus est, non quatenus homicida, aut fur, aut alio crimine infectus: alia qui delinqueret in Ecclesia primatus esset immunitate, non solum quoad illud delictum, sed quoad alia quælibet, quod est contra communem Doctorum sensum. Fateor autem hæreticum indignum esse hoc beneficio, sed Ecclesia benignitas vt pietatis thesaurus ostendat, ab eo eum non excludit. Neque inde fir, hæreticum fore exclusum, & non exclusum absolute: sed solum esse exclusum quoad hæresim, & quoad alia delicta admissum.

An Infideles, Mauri ſcilicet, Turca,
 &c. gaudeant Immunitate?

84
Non
gaudent.

Minimè gaudent. Quia *C. de iis, qui ad Ecclesiam confugunt*, dicitur, confugientes ad Ecclesiam à privilegio in munitatis excludi, etiam si baptismum petant. Simulant enim, se Christianæ legi velle coniungi. Er quia de his, qui foris sunt, non curat Ecclesia, neque eos potest indicare. At si immunitatis privilegium illis concederetur, indicare posset. Ergo non comprehenduntur: se *Facinus de carc. lib. q. 17. c. 28. num. 68. Decian. v. crim. l. 6. cap. 26. q. 2. Couar. l. 2. var. c. 20. num. 11. Guier. pract. qq. l. 3. q. 7. m. 5. l. 1. et alij apud Facinac. vbi supra.*

85.
Gaudent
quidem.

Gaudent omnino. Quia *Cap. Inter alia*
Cap. Minor. Cap. Frater. Cap. Si quis inuentus,
& Cap. Si quis contumax omnibus indifferēte
conceditur hoc privilegium: non enim propter
personas, sed personis propter locum
eōdem est. A. infid. les capaces sunt homines
benigne, & ultionē concessionis: Ergo si
ue velint conuerti, siue fidei conuerti velle
dicant, siue remanent, hoc privilegium gaudent.
Ita Glof. & Innocent. ad *cap. Inter alia de*
immun. Eccles. ex arbitrio. Syluest. v. *Immu-*
nitas 3. num. 2. Tabie. eodem num. 7. Atrouil.
n. 2. Marian. Ital. de *immun.* l. 1. cap. 3. §. 1.
per totum. Heron. Tabal. *commun. contra* *com-*
muni q. 263.

Media via procedam. Gaudet immunitate
Iudeus, Sarracenus, & quilibet infidelis, ad
Ecclesiam confugiens, si velit fidelis esse, locus
si simul se velle converti, quatenus renuat. Quia
æquum est, ut Ecclesia faveat ei, qui ei in-
ferrire cupit: locus ei qui rennit, necum Azo-
r. p. 2. l. 9. c. 9. q. 9. & Bonac. de immuni. d. 3. q. 7.
§. 3. num. 5.

*An qui in carcere reclusi, fractis vin-
culis, ad Ecclesiam aufugiunt,
fruantur Immunitate?*

Non fruuntur. Quia potestati Iudicum,
& eorum iudicio subiecti sunt, qui car-
ceri ad addicuntur: Ergo contra iustitiam
à tali iudicio se eximunt: ergo ne videatur
ecclesia iniustitiæ facere, his delinquentibus
esse immunitas abneganda. Sic Petr. Gregor.
synag. iur. l. 3. c. 2. n. 2.

Frumentum plant. Quia privilegium immu- 88
nitatis omnibus ad ecclesiam confugientibus *Frumentum*
conceditur, præter casus exceptos: At si fra-*plant.*
ctus vinculis ad ecclesiam confugit, non
est delictum exceptum. Ergo. Ita Nauar.
sum. cap. 25. num. 19. Decian. tr. crim. p. 1. d. c.
28. num. 13. Farinac. q. 28. num. 41. Tulechius
pract. concl. v. Ecclesia, conclus. 10. num. 30.
bonac. de immuni. d. 3. q. 75. s. 2. num. 20. Suar.
ro. 1. de Relig. 1. 3. c. 1. num. 18. & 19. Couar. 1.
2. variac. c. 20. n. 13. & alij.

Vnicę hoc verum existimo. Nam Iudices solum obtinent potestatem iudicandi reū, dum ipse reus sua in iurisdictione existit: reus si extra illam exeat, dum ad Templum se recipit. Neque in hac fuga graue piaculum perpetratur. Quia suo in re vitur, & posito gratis, quod illud committat, non est crimen ab immunitate exceptum.

*An si quis data fide custodi iuramen-
to firmata ad carcerem redeundi,
confugiat ad Ecclesiam : fruatur
Immunitate , si carceratio infla
fuit ?*

Conueniunt omnes, immunitate gaudere, si carceratio fuit iniusta, Quæserim Statum verò, an si carceatio esset iusta, immunitate fruatur?

Non finitur. Quia periculum tollit immuni-
tate. Sic Decian. *ir. crim. l. 6. cap. 28. num. 21. Non finitur*
Azor. p. 2. l. 9. c. 9. vers. Quid dicendum & alij *ur.*
relati à Farin. append. de immunit. c. 15. n. 199.

fructus equidem. Quia peritium immu-
nitatem minime tollit. Nec enim crimen
peritij exceptum inuenitur. Ita Farinacib. quidem
num. 200. Fagund. p. 2. de prac. Eccl. l. 4. cap.
4. num. 58.

His adhæreo. Quia præterquam quod pati-
iarum

Secl. II. De Immun. Templor. II

His adhuc. in iurium non tollit immunitatem, non erat ille incarcerationis pro crimine exceptio. Addo, facillimo negotio impetrari posse iuramenti relaxationem, & sic cessabit periculum, immo P. Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. cap. 1. 1. num. 20.* & Fagundez citati addunt, si nolit ille, ad carcerem redire, posse Praelatum impetire facultatem, ut ab Ecclesia extrahatur habita cautione de corporalis poenae immunitate: secus si subesset capitalis poenae periculum.

DVBIVM XXII.

An Clerici beneficiati, vel in maioribus ordinibus constituti gaudeant immunitate comparatione iudicium suorum in criminibus non exceptis?

94 *Certa* *suppon.* **C**ertum est immunitate gaudere comparatione iudicium secularium. Quia ratione dignitatis ab eorum iudicio exempti sunt. Clerici vero in minoribus constituti, nec habentes beneficium, nec alicui ecclesiae specialiter addicti, quique iurisdictioni iudicium secularium subduntur, eodem modo ac de laicis dicendum est immunitate gaudere. Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 7. Navar. sum. cap. 25. n. 22.* Quapropter questio est, num Clerici beneficiati, vel in maioribus ordinibus constituti, qui quidem a laice potestatis iurisdictione excluduntur, & Ecclesiasticae sunt addicti gaudeant immunitate ecclesiae comparatione suorum iudicium, sicut gaudent laici suorum comparatione? Et quidem non gaudere in criminibus exceptis certum omnino est. Quid autem in criminibus non exceptis?

95 *Non gaudent* *suppon.* **N**on gaudent immunitate. Quia immunitas ecclesiae non debet ecclesiae ipsius potestati derogare. Ergo non debet impedire ecclesiasticam potestatem suos subditos punire. Sic Abbas ad cap. inter alia, de immun. Eccles. num. 13. Sylvest. vers. Immunitas, num. 7. Aruill. num. 10. Rosel. num. 9. Decian. tr. crim. l. 6. cap. 28. numer. 14. Nader. sum. cap. 25. num. 22. Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. cap. 10. n. 5.* Bonac. praec. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 3. n. 7. & alij apud ipsos.

96 *Gaudent* *suppon.* **G**audent profecto. Quia iura loquentia de immunitate, generaliter, & absque vlla limitatione loquuntur. Cap. Inter alia cap. Id constituimus. cap. Definimus. cap. Si quis contumax. cap. Si quis inuentus. Ergo non debemus ad solos laicos privilegium limitare. leg. de pretio ff. de Publiciana alias Clerici deterioris conditionis, quam laici essent, siquidem privilegium laicis concessum ipsis denegatur. Ita Farinac. de carceribus quest. 28. numer. 7. Bernard. Diaz praec. cap. 115. Couarruuias l. 2. variar. cap. 20. n. 16. Clar. in praet. §. fin. q. 30. Decian. tr. crim. l. 6. cap. 26. num. 1. Tuschus praec. conclus. ver. Ecclesia, conclus. 9. numer. 17. & concl. 11. numer. 27. Marian. Ital. tr. de immun. l. 1. cap. 3. §. 1. Ioan. Gutierrez praec. q. civil. q. 3. num. 1. asserens, hanc sententiam in puncto iuris esse vetiorem.

97 *Authoris* *resolutio.* **E**go autem existimo, spectato iuris rigore, utramque sententiam probabilem. At, attenta consuetudine, crediderim, priorem probabiliorem esse. Quia passim iudices ecclesiastici delinquentes Clericos ex ecclesia extrahunt, & vinculis illigant sine vilo scrupulo, nec vllus est qui immunitatem proclamare nitatur in sui defensionem. An non absque loci sacri reuerentia violata, sententia ecclesiastica delinquentis pronunciari in ecclesia potest ex Cap. Praeceptum 2. q. 2. Glossa affirmante ad cap. Nullus clericorum 17. q. 4. Ergo signum est, comparatione ecclesiastici iudicis non procedere immunitatem.

DVBIVM XXIII.

An servus per respectum ad dominum fruatur immunitate, si in delicto graui dominus iuramento praestito dat securitatem?

98 *Status* *questio.* **C**ertum est, comparatione iudicis immunitate frui. Quia comparatione illius per accidens est seruitutis qualitas. Questio est respectu domini, an si hic praestito iuramento in graui periculo de incoluitate serui, immunitate adhuc fruatur?

99 *Non fruatur* *suppon.* **N**on fruatur, sed praestito Clericis iuramento de incoluitate serui, debet domino tradi etiam inuitus. Quia sic deciditur Leg. Praesens §. fin. tur. C. de iis, qui ad Ecclesiam confugi. Sic Innocent. ad cap. Inter alia, §. si vero seruus, de immun. Ecclesiar.

100 *Fruatur* *planè.* **F**ruatur planè. Quia legis allegata decisio procedit, cum delictum serui paruum, aut nullum fuit, tunc enim iuramento praestito videtur sufficiens securitas seruo dari, & periculum immoderate castigationis tolli. At si delictum graue sit regulariter iuramentum non sufficit, sed securitatem aliam debet dominus adicere, ita Glossa ad leg. Praesens, vers. Aut propter delictum Farinac. append. de immun. c. 4. n. 76. Suarez. *10. 1. de Relig. l. 3. c. 10. n. 2.* Gutier. praec. q. civil. quest. 1. nu. 1. §. 18. Azor. p. 2. l. 7. c. 9. q. 9. & alij.

101 *Hoc verum* *suppon.* **H**oc verum esse longè, crediderim, addens, si dominus praestitam à Doctoribus his securitatem praestare nolit, aut non possit, compellendum esse seruum vendere nec antea debere reor. re illi tradi ex §. fin. instituitur. Quibus alienare licet, vel non Abbate ad Cap. Inter alia, n. 23. & Butrio num. 17. tradentibus.

CAPVT